

Sub divino Imperio Ego Adefonsus totius Hispaniæ  
Imperator prædictam donationem à filiis meis da-  
tam cf.

Qui ibi fuerunt : Joannes Archidiaconus.

Rudericus Archidiaconus.

Alter Rudericus Archidiaconus de illa Sede.

Pelagius Gudesteiz.

Didacus Eriz.

Ero Eriz.

Joannes Ranimiriz.

Lucio Eriz.

Ero Eriz.

### XIX.

*SEDES S. MARTINI MINDONIENSIS.*

*in Vallibriam transfertur, & cautos ejus Regina  
Urraca confirmat, Era 1155. ann. 1117.*

**N**O tum quidem est & certum auctoritate Domini Pa-  
pæ & Toletani Archiepiscopi sicut in Palentino  
Concilio ab eodem Archiepiscopo, & à quampluribus  
Episcopis, & Regina & Comitibus Hispaniæ fuit pertrac-  
tatum, & certa ratione perconfirmatum, Mindoniensem  
Sedem esse mutatam & positam in Vallibriensi loco. Qua-  
propter Ego Urraca Dei gratia totius Hispaniæ Regina, & Im-  
peratoris Domini Adefonsi, Reginæque Constantiæ filia  
in honorem Sanctæ & individuæ Trinitatis, & omnium  
Sanctorum, videlicet Gloriosissimæ Dei Genitricis Mariæ,  
ad cuius honorem Sedes illa ibi fundatur & construitur,  
pro salute animæ meæ & parentum meorum do & con-  
firmo illi Vallibriensi Sedi cautos in omni circuitu per is-  
tos terminos, scilicet per Petram fixam de Auream, &  
inde per Palumbarium, & inde ad Paramium per Portam  
Robunia per Framir, per furcam Tedoni, per Salgu-  
tolum, per petram Sandiani, & inde per pontellas de ar-  
rogio, & inde ad penam Texuneyra, & inde ad aquam  
vertentem de Sarrapio, & inde ad fogium de Algara, &  
in-

iride ad Edradas de Lagu , & inde ad Castrum de Seixas, & inde per mestas , & inde finitur in cauto de Villanova , & inde per mestas de Lourenzana & Masina , usque in cautos de Sancto Martino. Omnia illa quæcumque Ego Regina Domina Urraca habeo infra terminos istos , scilicet homines , & hereditates & caracterein , & vocem , formum , & directum , totum ab integro dono & concedo Vallibriensi Sedi , & Episcopo Domino Munioni & successoribus ejus. Habeatis & possideatis ævo perenni sæcula cuncta. Et ita do vobis istum caustum , ut sit conjunctum cum illo de Laborata. Et quæcumque persona eum disruperit , sexcenta millia solidorum , & sexcenta & sexaginta sex ad partem supradictæ Sedis , & Episcopi quiete persolvat. Et cum oīnnibus jam dictis & tota sua fossadaria illum caustum supradictæ Sedi Ego Regina Dña Urraca dono perpetualiter , & confirmo. Et si aliqua persona , quæcumque sit , hoc Testamentum quod Ego Regina Domina Urraca mandavi fieri pro salute animæ meæ , & parentum meorum ad honorem Sanctæ Mariæ & vobis Episcopo Domino Munioni , & successoribus vestris corrumpere voluerit , sit excommunicatus. Amen. Et sit damnatus cum Juda traditore , & cum Datam & Abiron , & peccet quingentas Marchas argenti , & hoc testamentum semper maneat firmum vobis Episcopo Domino Munioni , & successoribus vestris. Facto Testamento Era M.C.L.V. & quot Kalendas Martii. Regina Domina Urraca hoc Testamentum quod fieri mandavi proprio robore ♂. Didacus Ecclesiæ Sancti Jacobi Episcopus hoc Testamentum ♂. Didacus Legionensis Episcopus similiter ♂. Petrus Lucensis Episcopus similiter ♂. Petrus Palentinus Episcopus similiter ♂. Didacus Auriensis Episcopus ♂. Petrus Ansuriz Comes ♂. Petrus Gundisalviz Comes ♂. Suerius Vermudez Comes ♂. Froila Didaz Comes ♂. Petrus Fröylaz Gallegiæ Comes ♂. Rudericus Velaz Comes ♂. Munio Pelaiz Comes ♂. Ego Comes Gutierre , qui eo tempore tenebam honorem illum , quem Regina Dña. Urraca dedit prædictæ Sedi , & prædicto Episcopo , laudo , & ♂.  
hoc testamentum. Fernandus Teliz. Adefonsus Teliz. Per-

trus Didaz. Rodericus Vermudiz. Rodericus Didaz. Froyle Eriz. Fernandus Roderici. Didacus Eriz. Oveco Eriz. Munius Romaniz. Pelagius Garsiæ. Gomez Nuniz. Pelagius Velasquez. Arias Nuniz. Adefonsus Nuniz. Menendus Nuniz. Joannes Ramiriz. Fernandus Joannis. Arias Verinadiz. Veremundus Petriz cf. Fernandus Petriz cf. Joannes Didaz cf. Petrus testis. Didacus testis. Pelagius testis. Martinus Pelajades Notarius in Curia Reginæ Dñæ Urracæ, ejus jussu scripsit hoc testamentum, & cf.

## XX.

**ADEFONSUS REX VII. OMNES**  
*Vallibriensis Ecclesiæ hereditates, tam ad priorem  
 S. Martini Sedem, quam ad Vallikriensem spec-  
 tantes, confirmat, Era 1163. ann. 1125.*

**I**N Dei nomine : Ego Adefonsus Dei gratia Hispaniæ Rex vobis Dño. Munioni Vallibriensi Episcopo , ves- trisque successoribus facio Scripturam firmitatis , & Cartam cautationis de omnibus servititalibus vestræ Sedis, tam de priori Sede Sancti Martini habitis , quam etiam de mutata Sede Sanctæ Mariæ Vallibriensis postea adquisitis: & de omnibus hereditatibus utriusque Sedis , tam de populatis , quam etiam de illis quas populaveritis. Prædictas siquidem hereditates , sicut per suos concluduntur terminos , cauto ego jam dictus Rex Dominus Adefonsus ad honorem Omnipotentis Dei , & Sanctæ Mariæ semper Virginis in remissionem peccatorum mei , parentumque meorum, & pro servitio fideli quod mihi prædictus Episcopus Dñus. Munio fecit. Et abstraho inde Sagionem , & omnem regiam vocem. Quicumque verò hoc meum Regium Cautum infregerit , pariet post partem Vallibriensis Sedis Sanctæ Mariæ sexcentos solidos Jacensis monetæ , & hæc Scriptura cum suo regio dono maneat firma in perpetuum. Facta Carta donationis & confirmationis Era M.<sup>a</sup> C. LXIII. & qt. Kalendis Junii.

Ego